

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

67

utras. Que sic eius in scripto nescimus adhuc. Non enim hoc codex ipse ut assolet in litterari pagina preter debet. Epitaphium tamen appellari dicebat frater. apud quem inuentus est quod ei nomen tibi placuisset ut videtur crederemus. si eorum tantum vel vitas uel scripta ibi legissemus qui iam defuncti essent. cum vero multorum et eo tempore quo scribebat. et nunc usque inuentum ibi commemorantur opuscula miramur cur hunc et titulum inposueris vel inposuisse credaris. tamen valiter a te conscriptum eundem librum satis approbamus. In expositione quoque epistolae pauli ad galatas inuenimus aliquod quod nos multum moueat. Si enim ad scripturas sanctas admissa fuerint officiosa me

Hic inuenitur in
lib. III et IV
eiusdem Obsecro singulari

... hoc non potest in hac narratione quod exiit. nisi dicitur quod alia scribo. vel

affirmari quod mentitus eo loco ubi dixit de petro et barnaba. cum viderem quia non recte ingrediebantur ad veritatem euangelii. Si enim illi recte ingrediebantur iste mentitus est. Si autem ibi mentitus est. ubi verum dixit an ibi verum dixisse videbitur. ubi hoc dixerit quod lector sapit. cum vero contra sensum lectoris aliquod occurrerit. officioso mendacitatem deputabitur. Non enim deesse poterunt cause. cur existimetur non solum potuisse verum etiam debuisse mentiri. Si huic regule conce

ditur locus non opus est hanc causam multis verbis agere preteram apud te cui sapienter providenti dictum satis est. nequaquam michi arrogauerim ut in gemum cui diuino dono aureum meis obulis dicere contendam. nec est quisquam magis te idoneus qui opus illud emendet. Neque enim a me docendus es quomodo intelligatur quod idem dicit. factus sum iudeus tanquam iudeus ut iudeos lucrifacere et que ibi dicitur compassione meae non simulacore fallacie. fit enim tanquam egrotus qui ministrat egrotis non tamen se febres hinc mentitur. sed cum animo dolentis cogitat quemadmodum sibi seruire vellet si ipse egrotaret. Nam utique iudeus erat. christianus autem factus non iudeorum

... illi plures in legibus...
... hoc non potest in hac narratione quod exiit. nisi dicitur quod alia scribo. vel

reuocarent onera graua et non necessaria nullo modo imponenda esse censebat. Quapropter non ideo petrum emendauit quod paternas traditiones obseruaret. Quod si facere vellet nec mendaciter nec incongrue faceret. Quis enim iam superflua tamen solita non noceret. sed quoniam gentes cogebat iudicare quod nullo modo posset nisi ea sic ageret tanquam adhuc etiam post dominum aduentum necessaria saluti forent quod vehementer per apostolum pauli veritas dissuasit. Nec apostolus petrus hoc

632

Karb. 56